

„tū(anno 813.) Patres, ex ipsius sine haud dubiè colligi- „tur. Neq; enim dum offerimus, ignoramus, quantum Ec- „clesiæ Ministris tribuas, quàm religiosus sis in tractan- „dis Ecclesiæ Decretis, quàm diligenter in mentem tuam „introspectas & percuncteris teipsum, antequam de mi- „nistrorum Dei statutis aliquid existimes immutandum. „Grato igitur animo accipe, optime princeps, tuorum „humilium Oratorum Canones, eosq; observari per totam „Provinciam jubeto.” Habetur tom. 15. Conciliorum ge- „neral. col. 1064.

XV. Patrum ergo exemplo excitati, & executionis dif- „ficultatem prævidentes Episcopi Belgii, suarum respecti- „vè Synodorum Decreta principibus obtulerunt, nec nisi „earum obtemperata approbatione promulgare voluerunt.

Et quidem Ludovicus De Berlaymont Archiepiscopus „Cameracensis, cum Synodum suam Provincialelem cele- „brasset & conclusisset 23. Octobris anno 1586. ejusdem- „que publicationem in diem 23. Septembris anni sequen- „tis distulisset, rationem hujus dilationis in litteris publi- „cationis his verbis expressit: “Ea (Decreta Synodalia) ne in „lucem venirent citius ex eo accidit, quòd pro feliciore „eorundem executione Regiam Majestatem Catholicam „multis de causis implorandam duximus; quæ dum ma- „turo Senatorum suorum consilio modum expendit, quò „minore negotio & majore cum fructu per totam Pro- „vinciam hæc executio decerneretur, supervenientibus in- „terim undequaq; gravissimis aliis rei bellicæ negotiis „tempus elapsum est, sed ut speramus non sine fructu. „Cum enim dicta sua Majestas pro sua in Deum pietate, in „Catholicam religionem zelo, Ecclesiasticum statum stu- „dio, publico edicto ea, pro quibus maximè Regia ipsius „auctoritas necessaria visa fuerat, à vobis omnibus juxta „mentem Patrum dicti Concilii inviolabiliter observari „caverit; confidimus Deo bene juvante futurum, ut, dum „concordes inter se, in vos autem communemq; vestram „salutem propensissimas intelligitis superiorum vestro- „rum tam spiritalium quàm temporalium voluntates,

„conjunctis etiam animis in hoc unum incumbatis, ut „piissimis eorum desideris & conceptæ de vobis exspe- „ctationi modis omnibus respondeatis.”

Manifestum ergo est, quòd publicationem Decreto- „rum Synodaliū sine prævio principis consensu haud „convenire judicaverit Metropolitæ Cameracensis, atque „spem optatæ executionis magna ex parte, in Edicto Regio „super executione ipsius Synodi, collocaverit.

XVI. Similiter Matthias Hovius concludens Synodum „suam provincialelem 20. Julii anno 1607. de his Patres mo- „nuit, quod de plerisque rebus in Synodo ad hæc sint consulenda „Serenissima Celsitudines, quarum protectione, ait, speramus „faciliorem executionem.

Post hæc ipsa Decreta Synodalia, tam ipsius Archiepis- „copi, quàm Episcoporum Comprovincialium, nomine Se- „renissimis Celsitudinibus Alberto & Isabella oblatæ fue- „runt; atq; ab his transmissa ad Concilium privatum Regi- „um & Senatū Brabantie examinanda; quo examine fa- „cto, edictum principum super eisdem Synodi executio- „ne constans 30. articulis ultima Augusti an. 1608. prodit, „Quod edictum, uti & Edictum Philippi II. ad Synodum „Cameracensem de quo supra hodie hic in Belgio pro le- „ge servantur, uti supra titulo V. De Aeditiis Ecclesiarum „notavimus; & in decursu hujus operis sæpius adhuc no- „tandum erit.

XVII. Quòd ergo Episcopi agnoverint, quòd auctori- „tas etiam Regia in executione Decretorum Synodaliū „concurrere debeat; atq; sine hac auctoritate vix eorum „sperandam esse optatam executionem sat manifestum il- „lud optandum, ut Ministri Regii, quos Ecclesiæ Canonum „suorum vindices & protectores agnoscat etiam allabora- „rent, ut juxta toties iteratas Conciliorum, ac signanter no- „vissimi Oecumenici Concilii Tridentini Sacrosanctas San- „ctiones, frequentior esset Synodorum celebratio; quorum „intermissio magna ex parte disciplina Ecclesiastica „collapsio, & abusu vitiorumque multiplicatio adscri- „benda.

„Legatus, dicitur sumptus de latere; & appellatur Lega- „tus de latere.

III. Legati Missi sunt, qui mittuntur ad aliquam Pro- „vinciam, sed non sunt Cardinales; & hujus generis esse so- „lent hodierni Nuntii & Internuntii, apud Reges & Princi- „pes tamquam Legati Pontificis residentes.

IV. Notandum tamen quòd Legatus non Cardinalis „qui Nuntius dici consuevit, mittatur interdum adjectâ in „eius Facultatibus hac clausulâ, cum potestate Legati à la- „tere, quæ de stylo Curie Romanæ consuevit adjecti man- „datis Legatorum, qui fibriam vestimenti Papæ tetige- „runt, seu qui ab eo vivæ vocis oraculo mandatum acce- „perunt; uti post alios monet Barbosa Lib. 1. Juris Eccles. c. 5.

V. Legati nati vocantur, qui dignitati suæ Ecclesiasticæ „officium & munus Legati Apostolici annexum habent. „Qui ideo nati dicuntur, quia per ipsam dignitatis adeptio- „nem, sine nova ulla Sedis Apostolicæ vel Pontificis com- „missione Legati Apostolici constituuntur, sive nascuntur.

VI. Tamen hæc Legatorum Sedis Apostolicæ distin- „ctio, præcipuè sub his nominibus; & cum ea distinctione, „quæ juxta modernum Jus Canonicum inter ipsos interce- „dit, veteribus cognita non fuerit, nihilominus variè repe- „riuntur jam pridem Legatorum à Romanis Pontificibus „ad Reges & Principes destinata Legationes, variiq; missi „Legati, qui si attentè considerentur, videbitur hæc tres „Legatorum species ex utroque jam olim vario Delegandi „modo sensim confluisse.

VII. Præter Legatos enim, quos Pontifices Romani ad „Concilia Optatam jam olim mittere consueverant, & „quorum in Conciliorum actis frequens mentio occurrit, „non erant infrequentes eorumdem Legationes ad Imper- „atores Christianos pro negotiis Ecclesiæ procurandis.

Hujus generis Legatos ad Constantiniam Liberius de- „stinavit, ut Concilium Aquilejæ cogendum imperaret, ubi „de novo adversus S. Athanasium objecto crimine ma- „jestatis, & de veræ fidei restitutione tractari posset. Missi „fuere ad Constantiniam Vincentius Capuensis Episcopus, „cum Marcello æquè ex Campania Episcopo: qui Arela- „tem accedentes, Athanasii damnationi ininis Constantii „inflexi subscriperunt, uti patet ex fragmento Epistolæ „Liberii ad Osum Cordubensem Episcopum, & pluribus „narrat Baronius ad annum 353. Quare fidem Nicænam in „causa Athanasii valde periclitari cernens, secunda legatio- „ne Constantiniam adivit, missis Lucifero Calaritano Episco- „po, Pancratio Presbytero, & Hilario Diacono, ut Concili- „um impetraret: “Ad exorandam igitur mansuetudinem „tuam (inquit in litteris ad Constantiniam) ut benevolo „animo allegationes nostras audire digneris, fratrem & „Coepiscopum meum sanctum virum Luciferum cum „Pancratio Compresbytero meo & Hilario Diacono pla- „cuit proficisci: quos credimus de Clementia tua ad pa- „cem omnium Ecclesiarum Catholicarum non difficulter „posse Concilium impetrare. Dei omnipotentis clementia „te nobis custodiat.”

Eusebium Vercellensem in Gallia Episcopum litteris „quoq; suis hortatus est Liberius ut se Legatis suis adjunge- „ret. “Quia scio, inquit, sanctum fidei tuæ calorem cum „ejus (Luciferi Calaritani) animo concordare.”

VIII. Huic Legatorum generi quidni respondeant ex- „traordinarii illi moderni Sedis Apostolicæ Legati, qui jux- „ta modernam præxim (ait Cardinalis de Luca) non nisi „constituti in dignitate Cardinalitæ deputari solent, & „qui de latere dicuntur, apud Reges & Principes pro bellis „componendis, vel pro federe adversus infideles vel hæ- „reticos, similibulque gravioribus negotiis. In relat. „Rom. Curie Disc. 4. n. 11.

IX. Aliæ itidem fuere jam pridem Romanorum Ponti- „ficum Legationes, quæ longiores motas in Comitatu sive „Curia aut Urbe Regia trahebant; quæq; non alicui nego- „tio specialiter adstrictæ, ad quascūq; causarum emer- „gentium figuras portigebantur.

Istius legationis exemplum videre est in persona Julia- „ni Coenensis Episcopi; cui mox post solutam Calcedonen- „sem Synodum S. Leo hæc specialiter curam commenda- „vit, ut prospiceret solerter, ne hæresis Nestoriana vel Eu- „tychiana invalesceret; quæ suggerenda Principibus forent „vice Pontificis insinuarer; de rebus ambiguis Pontificem „consuleret, etumque de statu Ecclesiarum Orientis cre- „berrimis relationibus admoneret. “Studeat ergo Dilectio „tua (inquit Episc. 86. ad Julianum) piam & necessari- „am curam sollicitudini Apostolicæ Sedis impendere, „quæ tibi apud se nutrito, Catholica contra Nestoria- „nos & Eutychanos hæreticos actionem materio jure „commendat, ut Divino fultus auxilio speculati de „Constantinopolitana urbis opportunitate non desinas; „ne prædictorum dogmatum impius usquam turbo con- „surgat.”

X. Ex hac delegatione, ait Petrus De Marca libr. 5. c. 16. „De Concord. Sac. & Imp. “Occasio profecta est mittendo „rum ad Urbem Regiam Responsalium Apostolicæ Sedis; „præcipuè post Justiniani tempora, qui sæclicis armis „triumpho de Gothis acto, Italiam impetto consolidavit „Tunc enim erant assidui in Comitatu Diaconi Responsa- „les, qui & causas proprias Ecclesiæ Romanæ apud Princi- „pem prosequerantur, & pro negotiis fidei & disciplina „excubabant; simulq; veluti fidei publicæ obides in Co- „mitatu degabant, obsequii Principibus debiti fidei jus- „tionem præstantes.”

XI. Legati dicti sunt Responsales, sive Apocrisarii ab il- „lius temporis Scriptoribus, quod responsa seu mandata „exequerentur eorum à quibus missi erant.

Ita Agapetus Papa apud Imperatorem Apocrisarium „Ecclesiæ suæ Pelagium Diaconum suum constituit, uti re- „fert Liberatus in Brevariio c. 22. Et Gregorium M. dum ad- „huc esset Diaconus, nomine Pelagi II. Apocrisarii seu Le- „gati munere apud Imperatorem functum fuisse testatur „ipsemet lib. 3. Dial. c. 23. his verbis: “Tempore quo exhi- „bendis responsis ad Principem ipse transmissus sum. “Et „Apocrisariorum meminit Justinianus in Novella 6. c. 2. ve- „tans, ne Episcopi ad Comitatum accedant, sed negotia sua „ibidem per Apocrisarios agant.

XII. Hinc Legatorum seu Apocrisariorum generi res- „pondent hodierni Sedis Apostolicæ Legati, quos Canoni- „cæ Legatos missos vocant, vulgò vero Nuntii & Internun- „tius dicuntur.

XIII. Qui enim nomine Pontificis assistunt apud Impe- „ratorem ac Reges, aliosq; supremos Principes, hodie Nun- „tius Apostolici dicuntur. In his vero Regibus & Principati- „bus, in quibus ipse Princeps non residet, sed ejus Vicari- „us vel alter supremus Magistratus, Papa deputat (in- „quit Card. De Luca) Officiales sub nomine Collecto- „rum, Internuntiorum seu Residentium, qui quandam „Nuntiorum imaginem habent, iisq; Facultates majores „vel minores communicari solent juxta diversos sty- „los.”

XIV. Deniq; Pontifices Romani intelligentes, quanti „momenti esset ad firmendam auctoritatem suam apud „gentes gratia & favor Episcoporum principaliū; & il- „lustrissimarum Ecclesiarum, quibus ob prærogativam ur- „bium præsto quoque erat Principum favor, illos digni- „tate Vicariorum Sedis Apostolicæ jam pridem honorâ- „runt.

Et ita Patroclo Arelatensi Episcopo propter summam „Urbis celebritatem, quam Gallicam Romanam vocat Anso- „nius, vices suas commisit Zolimus Papa; Hilarius rursus „Leontio; Gelasius I. Aonio; Symmachus Cæsario Arela- „tensi; Vigilius Auxonio.

XV. Unde cum per plurimum seriem Pontificum Are- „latensibus Episcopis continuata fuisset legatio Pontificia „per plures annos, generali tandem concessione Pontifi- „cum sui perpetuæ legationis ipsi Sedi & Ecclesiæ Arelatensi „fuit tributum & assignatum. Quam in rem notandæ sunt „Epi-

TITULUS XXI.

De Legatis & Nuntiis Apostolicis.

CAPUT I.

De variis Legatorum speciebus.

- 1 Tria Legatorum genera.
- 2 Quid Legati à latere?
- 3 Quid Legati Missi?
- 4 Legati Missi interdum mittuntur cum potestate Lega- „ti à latere.
- 5 Quid Legati nati?
- 6 Variæ Legatorum species ex illis qua olim gesta origi- „nem sumserunt.
- 7 Frequentes olim fuere Legationes Pontificia ad Impe- „ratores pro particularibus negotiis Ecclesiæ.
- 8 Hinc Legatorum generi correspondent hodierni Lega- „ti à latere.
- 9 Jam pridem fuere Legati Pontificum qui in Comitatu „Principum moras traherent pro quibuscumq; negotiis „emergentibus.
- 10 Ex simili delegatione originem sumpsit consuetudo „mittendi Responsales: & quod horum officium?
- 11 Hi dicti fuere Apocrisarii; quorum frequens apud „Veteres memoria.
- 12 Ex his originem habuere Legati Missi.
- 13 Hi subinde vocantur Nuntii, interdum Internuntii.
- 14 Olim Pontifices Legatos suos constituebant illustrissim

Ecclesiarum Episcopos. „ Hinc profuxere Legati nati.

I. Innocentius IV. in Cap. 1. De Officia Legati „in VI. statuit, “ut Ecclesiæ Romanæ Legati „quam tumcumq; plenam legationem ob- „tineant, sive à nobis missi fuerint, sive „suarum prætextu Ecclesiarum Legationis „sibi vindicent dignitatem: ex ipsius Legationis munere „conferendi beneficia nullam habeant potestatem, nisi „hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum. Quod „in fratribus nostris legatione fungentibus nolumus ob- „servari: quia sicut honoris prærogativâ lætantur, sic eos „auctoritate fungi volumus ampliori.”

Ex hac pontificis decisione notarunt Canonistæ post „glossam ad citatum Capitulum, tria esse Legatorum ge- „nera; nimirum Legatos à latere, Legatos Missos, & Legatos „Natos.

II. Legati à latere, vocantur Legati Cardinales; & hoc „ideo, ait Glossa, quia assumuntur de latere Papæ. Nam „sicut Imperator & Patricii sive Consilarii faciunt u- „num corpus, cujus Imperator est caput, & Consilia- „rii qui sibi assistunt in secretis, dicuntur esse membra, „ita similiter Papa & Cardinales faciunt unum corpus „cujus Papa est caput & Cardinales sunt membra. Ideo „quando aliquis assumitur de Cardinalibus ut mittatur „Legatus



Epistolæ S. Gregorii lib. 4. Epist. 50. 52. 54. Item ejusdem responſum 9. ad Augustinum Anglorum Episcopum, relatum à Gratiano 2. 5. 92. Can. 3.

Similia legationis à privilegiis pontificibus illustrioribus Ecclesiis concessa tum antiqua, tum recentiora Ecclesiastica monumenta plura suppeditant: quemadmodum videre est apud Interpretes ad titulum Decretalium De officio Legati dicunturque; qui hujusmodi legationis privilegio sunt insigniti Legati nati: eo quod statim, ut Ecclesiis suis præficiantur & Præfules creantur, id muneri & officii Legati Apostolici nanciscantur; ut superius notatum est.

CAPUT II.

De Auctoritate & Dignitate Legatorum.

- 1 Legati in Comitatu Principis pro custodia fidei & disciplina observantia exornabantur.
- 2 Episcopo Thessalonicensi à tempore Damasi Papa Legatio Sedi Apostolica facta fuit.
- 3 Custodia Regularum seu Canonum per omnes Ecclesias Legationi sue subjectas ipsi incumbere debent.
- 4 Curam omnium illarum Ecclesiarum habere debebat; & ordinationi Clericorum intendere.
- 5 Ipso in consulto Episcopi ordinari non poterant; Metropolitanus ipse ordinare debebat.
- 6 Habebat jus convocandi Synodum.
- 7 Majores causas Pontifici reservantur.
- 8 Ob non reservatas majores causas Sedi Apostolica redarguitur Legatus.
- 9 Metropolitanus sua jura servavit.
- 10 Quomodo in habendis Conciliis se gerere debeat.
- 11 De servanda moderatione in evocandis Episcopis ad Concilia.
- 12 Corollarium ex precedentibus.
- 13 Major primis septem sæculis fuit auctoritas Legatorum quos hodie dicimus Natos; quam Missorum.
- 14 Cur sequentibus sæculis illorum diminuta, horum aucta.
- 15 Alexander II. necessitatem mittendorum Legatorum deſumit ex cura omnium Ecclesiarum Pontifici incumbente.
- 16 Eandem multum urſit & magnificis verbis expressit Innocentius III.
- 17 Hoc posito fundamento omnia penè negotia ad Legatos Missos deſerunt.
- 18 Legati reſcribuntur Ordinarii; & eorum potestas ordinaria.
- 19 Statuta eorum morte non extinguuntur.
- 20 Poterant de causis in prima instantia cognoscere.
- 21 Legatorum officium morte Pontificis non expirat.
- 22 Legatis etiam procuraciones seu necessarii sumptus tandem subministrari debuerunt.
- 23 Excessus Legatorum in harum exactione; & qua adhibita moderatio?
- 24 Legati reputati fuerunt tamquam Proconſules Romani.
- 25 Ad horum exemplum insignis Legationis utebantur etiam extra loca sua legationis.
- 26 Nequidem Patriarcha presente Legato potest jubere sibi præferri crucem; nec Episcopus actum jurisdictionis ordinaria exercere.
- 27 Presente Legato à latere aliorum Legatorum auctoritas cessat.
- 28 Legati à latere jurisdictionem saltem voluntariam extra fines sua Legationis exercent.
- 29 Potest Legatus à latere conferre Beneficia juris patronatus Ecclesiastici.
- 30 Aliqua semper Pontifici sunt reservata.
- 31 Ex his plura vel pauciora pro arbitrio Pontificum Legatis committuntur.
- 32 Non parum obscurum determinare ex jure qua Legatis competant; & quare?

33 Prudenter Pontifices in instructionibus quas Legatis concedunt expriment ea qua eorum cura concedunt.



Anctus Leo scribens ad Pulcheriam Augustam Juliani Coenſis Episcopi atque sui ad Urbem Regiam Legati munus eleganter expressit his verbis: "Cum in causa fidei, cui gloria vestra famulatur, vicem ipsi meam aliquatenus delegaverim, ut ab ea, quæ vobis debetur, observantia non recedens, pietati me vestræ præsentare non desinat: exequens in custodia fidei, & in Ecclesiasticis disciplinis per omnia sollicitudinem meam, & opportunis suggestionibus, quod univèrsali Ecclesie profuit, insinuas: ut in ipſo, nec Catholicis vestrum præsidium, quibus volumus subveniri, nec meum vobis delit obsequium." Epist. 85. c. 2. editionis Quenellii.

II. Quanta autem esset eo tempore eorum auctoritas quos hodie Legatos natos dicimus, facile possumus cognoscere ex litteris S. Leonis ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum.

Pro quo notandum Episcopo Thessalonicensi jam à temporibus Damasi Papæ vices Sedi Apostolicæ fuisse per Illyricum delegatas; ut factum manifestum est ex epistola Innocentii I. qui non ita multo post Damalum in Cathedra Petri sedit. Hic enim ad Anyſium Thessalonicensem Episcopum scribens ait, se ipsi eandem potestatem committere, quam à Damalo, Siricio, & Anastasio ante acceperat. "Cui etiam [id est Anyſio] tanti ac tales viri prædecessores mei Episcopi, id est, sanctæ memoriæ Damasus, Siricius, atque supra memoratus vir [id est Anastasius] ita detulerunt, ut omnia quæ in illis partibus gererentur, Sanctitati tuæ, quæ plena justitiæ est, traderent cognoscenda.

Et in epistola ad Rufum Thessalonicensem similiter Episcopum Anyſii successorem, quæ ei vices suas per Illyricum delegat; non primus hæc ita statuente, sed Prædecessores nostros Apostolicos imitati, qui beatissimis Acholio & Anyſio injungi pro eorum meritis ista voluerunt. "Habentur hæc litteræ Innocentii in actis Synodi Romanæ sub Bonifacio II. anno 521. tom. 4. Conc. col. 1701.

Successores Innocentii prædecessorum vestigia prementes, vices suas Episcopo Thessalonicensi demandare pertexerunt, quemadmodum fusè deducit Stephanus Baluzius in appendice ad librum V. Petri de Marca De concordia Sacerdotis & Imperii c. 34. & 35.

III. Quæ autem fuerit Episcopi illius in qualitate Vicarii seu Legati Sedi Apostolicæ per Illyricum auctoritas tempore S. Leonis, ex ejus litteris facile cognosci poterit.

Anastasius Thessalonicensis Episcopus à Sixto II. prædecessore Leonis Vicariatu Sedi Apostolicæ fuerat ornatus, eumque per multos annos gesserat; atque eundem sibi à Leone Sixti successore continuari petiit, quod Leo concessit, ad illum scribens in hæc verba: "Postquam itaque petitioni tuæ dilectionis innotuit per filium nostrum Nicolaum Presbyterum, ut tibi quoque à nobis, sicut decessoribus tuis, per Illyricum cum nostra vice propter custodiam Regularum auctoritas præferretur, præbentes assensum, nostra adhortatione compellimus, ut nulla dissimulatio, negligentia nulla proveniat circa Ecclesiarum regimen per Illyricum politatum, quas dilectionis, ni tuæ vice nostra committimus, beatæ recordationis Siricii exemplum secuti, qui sanctæ memoriæ Anyſio prædecessori tuo, bene de Apostolica Sede tunc merito, & rebus post sequentibus approbato, certa tum primum ratione commisit: ut per illam Provinciam positus, quas ad disciplinam teneri voluit, Ecclesiis subveniret. Et infra: Imitatorem te tam prædecessoris tui, quam decessoris, qui pari modo hoc & meruisse & egisse cognoscitur, esse volumus: ut de profecto Ecclesiarum, quas tibi vice nostra committimus, gaudeamus." Epist. 4. edit. Quenellii.

IV. Post narrationem illam, exhortationem subjicit: "Credita itaque tibi, Frater carissime, gubernacula pervigil tene, & mentis tuæ oculos per omnia, quæ cura tuæ videas injuncta, circumfer, in mercedem tuam profutura custodias, & his qui disciplinam Canonum labefactant nituntur obſtens, Divinæ legis sanctio veneranda, & Canonum specialius decreta serventur. Per commissas tibi Provincias tales Domino Sacerdotes, quibus solas vitæ & Clericalis Ordinis suffragentur merita consecratur. Nihil gratiæ personali, nihil ambitioni, nihil redemptis permittas licere suffragis. Examinentur diligentius, & per longum vitæ tramitem disciplinis Ecclesiasticis, qui ordinandi fuerint, imbuantur. Si tamen illis omnia quæ à SS. Patribus sunt constituta, conveniant, & quæ Beatum Apostolum Paulum de talibus legimus præcepisse, custodierint: ut unius uxoris vir sit, & hæc virginem, ut auctoritas divinæ legis cavet, acceperit."

V. Docet deinde bigamum verè esse, qui nondum Christianus habuerit uxorem, & eam mortuam aliam duxit in uxorem. Post hæc pergit in dandis mandatis: "Nullus te inconsulto, per illas Ecclesias ordinetur Anistes; ita enim fiet, ut sint de eligendis matura justitia, tum tuæ dilectionis examinatio formidetur. Quisquis verò à Metropolitanis Episcopis contra nostram præceptionem præter tuam notitiam fuerit ordinatus, nullam sibi apud nos ratum sui esse noverit firmitatem, eosque usurpationis suæ rationem, qui hoc præsumpsit, reddiuros. Singulis autem Metropolitanis, sicut potestas ista committitur, ut in suis Provinciis jus habeant ordinandi; ita eos Metropolitanos à te volumus ordinari, maturo tamen & decocto judicio. Quamvis enim omnes Antiquitates probatos & Deo placitos decessores, hos tamen præcellere volumus, quos præfuturos his, qui ad se pertinent, Confacerdotibus, noverimus. Quod dilectionem tuam sollicitius agere præmonemus & cautius, ut illud Apostolicum custodire, quod scriptum est, approberis: Manus cito nemini imposueris."

Duo hic Vicario sui tribuit Leo. Primum ut nullus Episcopus à suo ordinetur Metropolitano, nisi cum notitia ipsius Vicarii. Secundum, quod Metropolitanus non modo consulto prius Vicario Apostolico, sed ab ipſo Vicario per omnes Illyrici provincias ordinetur.

VI. Ulterius in dandis mandatis prosequitur: "Ad Synodum quisquis Fratrum fuerit evocatus occurrat, nec Sanctæ Congregationi se denegent; quæ maxime constitutum esse noverit, quod ad disciplinam poterit Ecclesiasticam pertinere. Melius enim culpa vitabitur, si inter Sacerdotes Domini collatio frequentior habeatur: & emendationi pariter & charitati plurimum præstat adunata societas. Illic, si quæ cause nate fuerint, præstante Domino, ita poterunt terminari, ut contentio nulla resideat; sed solida inter Fratres charitas coalescat."

His verbis factam esse auctoritatem Episcopo Thessalonicensi evocandi quoscumque Episcopos Illyricianos ad Synodum, evidens est; hocque jam pridem ab Innocentio I. Thessalonicensi Episcopo tamquam vices Sedi Apostolicæ gerenti datum fuisse privilegium, colligitur ex litteris Innocentii ad Rufum Thessalonicensem Episcopum: "Licet autem & Apostolicæ Sedi favore permissum tuæ Fraternitati cognosce, ut cum aliqua Ecclesiastica ratio, vel in tua, vel in memoratis Provinciis agitanda, cognoscendaque fuerit, quos velis Episcoporum socios quibuscumque de Ecclesiis assumes tecum, quorum & fide & moderatione quidquid necessitas, causa ve flagitaverit, optatus dirigas arbiter, & præcipuus; quippe à nobis lectus definitus intercessor."

VII. Huic mandato hanc adjungit Leo cautionem: "Si qua verò causa major evenerit, quæ à tua Fraternitate illic præſidente non poterit definiti, relatio tua missa nos consulat: ut revelante Domino, cujus misericordiam profitemur esse quod possumus, quod ipse nobis aspiraverit, rescribamus; ut cognitioni nostræ pro traditione

veteris instituti & debita Apostolicæ Sedi reverentia, nostro examine vindicemus: ut enim auctoritatem nostram vice nostra exercere te volumus; ita nobis quoque, illic componi non potuerint, vel qui vocem appellationis emisit, reservamus."

Hic agnoscimus vestigia illius disciplinæ, qua causa majores Sedi Apostolicæ reservantur; neque sub generalibus mandatis seu instructionibus Legatorum comprehensæ censeantur, ut inferius latius dicitur.

VIII. Unde cum postea Anastasius Thessalonicensis Episcopus, cui hic suas vices & mandata dederat Leo, Atticum veteris Epiri Metropolitanum asperè nimis tractasset, de quo ea re idem Atticus querelas suas ad Leonem retulisset, ipse ad Anastasium rescribens de indignissimo modo quo Atticum tractasset quemadmodum dixerat & late describit Leo in Epist. 12. edit. Quenelliana in memoriam ei revocat illa mandata, eum redarguens quod ea non servasset. "Nam cum majora negotia & difficiliora causarum exitus liberum tibi esset, sub nostra expectatione, nisi sententia expendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit in id, quod mensuram tuam excederet, devian-

di."

Et inferius eandem causam repetit, pronuntians Anastasium non debuisse causam Attici, qui Metropolitanus Episcopus erat, judicare, donec ad ejus consulta Leo rescripsisset. "Præsertim, ait, cum etiam si tale aliquid mereret, expectandum fuerat quid ad tua consulta rescriberem." Et paucis interjectis: "Sed etiam si quid grave intollerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, ut nihil prius ipse decerneret, quam quid nobis placeret agnosceret. Vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis non in plenitudinem potestatis." Epist. 12.

Sic castigato increpatoque Anastasio ob transgressos suæ auctoritatis limites, nova dat mandata; sumpta partim ex veteribus, quæ hic vel explicantur, vel illustrantur, partim de novo addita, atque ex his præcipue notanda sequentia.

IX. Primum quod his verbis exprimitur: "Secundum SS. PP. Canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos, Metropolitanos singularum Provinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura præſentatur, jus traditæ sibi antiquitatis dignitatis intemeratum habere decernimus: ita ut à regulis præſtitutis nullam aut negligentiam aut præsumptionem discendant." Apud Gratianum 2. 5. 92. Can. 5.

X. Septimum, pertinens ad gravissimum disciplinæ punctum, quod versatur in causarum judicio. "De Conciliis autem Episcopalis, ait, non aliud indicimus, quam Sancti Patres salubriter ordinarunt: ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diversos Ecclesiæ ordines nasci adſolent judicentur. Ac si forte inter ipsos qui præſunt de majoribus, quod absit, peccatis causa nascitur, quæ Provinciali nequeat examine definiti; fraternitatem tuam de totius negotii qualitate Metropolitanam curam, bit instruere, ut si coram positis fratribus, nec tuo fuerit res sopita judicio, ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur."

XI. Decimum caput præſcribit modum, quo Legatus se gerere debeat in evocandis Episcopis ad generalem Synodum totius Illyrici. "In evocandis ad te Episcopis moderatissimum esse te volumus, ne per majoris diligentiam speciem, fraternis videaris gloriari injuriis. Unde si causa aliqua major extiterit, ob quam rationabile ac necessarium sit, fratrum advocare conventum: binos de singulis Provinciis Episcopos, quos Metropolitanus crederit esse mittendos, ad fraternitatem tuam venire sufficit, ita ut præſtituto tempore non ultra 15. dies qui convenirent retardentur."

XII. Ex his patet, jam tum tempore S. Leonis non exiguum fuisse Vicariorum Sedi Apostolicæ auctoritatem; ita